Maria Theresia Dei gratia

Romanorum Imperatrix Regina
Hungariae, et Boemiae, ac Mediola=
=ni Dux &c &c = Syndici Fluminis
Olonae preces Nobis dederunt sequen=
=tes = B. R. = Quantum Sollicitudi=
=nis, laboris, et impendii attulerit
amplissimis Patribus Conservatori=
=bus, Regiis Judicibus Commissariis,
coeterisque Officialibus ac Utenti=
=bus aquis Fluminis Olonae necessi=
=tas Consulendi nedum externis, sed
etiam internis malis, quae eidem
Flumini irrepserunt, ac in dies au=
=gentur ex eo dignosci potest, quod cum
respectu externorum Torrentia oc=
=casione exundationum per diver=
=sas partes dejecerentur in Alveum
Olonae, non nisi lamentabile, et
infandum fuit videre hoc Flumen

placido anteà cursu defluens,
intra suas ripas, rapido exindè
impetu intumescens omnia Mo-
=lendina submergere, Prata ster-
=nere, Edificia evertere, arenosà
Congerie Buccas, Clusias, et Sora-
=toria implere ac undequaque
omnia fieri periculis plena. =
Praecipuus inter haec vocatur
Gaggiolo ab Helvetiis montibus
descendens in Lacum Luganensem
intra fines illius Territorii discur-
=rens quadrata via irruebat. Ob
illatam subindè ab iis rupibus
saxorum, et Arenae copiam errec-
=to Alvei fundo propè Confinia
Loci Stabii Helveticensis, Aquae
exundationum inclinantes in
Novariam et Anzam contermi-
=nas valles viam aperire coeperunt

ad Flumen Olonae intrà Territo-
=rium Loci Malnati in superiori
Sepprii parte jacentis. = Alius etiàm
Torrens Quadrona nuncupatur,
collectis pluvio tempore aquis prae-
=ceps a summitate in vallem
Olonae irrumpens, Flumen ingredi-
=tur, ac ingravescit. = Non levis mo-
=menti alter erat Torrens Rabati
seu Fontanilis Tradati appellatus
ob recentiores potissimum novi-
=tates adjacentium Possessorum Flu-
=mini non una tantum ex parte
ad vallem Olonae demissus. = In
inferiori demum parte ejusdem
vallis Olonae non parum turgi-
=dus, ac noxius evasit. Celebris nunc
Torrens Bozzente magnam in lec-
=tum Olonae materiei quantita-
=tem asportans. = Ad avertenda

igitur hujusmodi tam passa,
quam pejora metuenda mala,
antedicti Syndici ejusdem Flumi=
=nis coram praedefunctis Amplis=
=simis Patribus Don Horatio Bar=
=bera, et Succedaneo Marchione
Don Carolo Castillionaeo de more vo=
=cati, et congregati, re serio dis=
=cussa necessarium, et utile fore
retentibus visum fuit peculia=
=rem fieri debere nedum visita=
=tionem dictorum Torrentium per
alterum ex Nobilibus Syndicis, ad=
=hibita Opera Ingenierii, et Officia=
=lium Fluminis, verum etiam ex=
=purgationem Fontium Superio=
=rum ob aridam tunc vigentem
coeli temperiem, quae cum exequi
non possent absque impensa,
statuerunt ideo faciendam esse

Taleae impositionem super Molen=
=dinis, et Pratis utentium curato
interim subveniente pecuniae suffi=
=cientis ad exequendam utramque
functionem. = Hinc preces M.V.
dicti Nobiles Syndici porrexerunt,
in quibus exposito adverso Flumi=
=nis statu, et necessitate provi=
=dendi, signanter ut Helvetii me=
=moratum eorum Torrentem Lag=
=giolo, tamquam apprime infen=
=sum, noxiumque utentibus Olo=
=nae intra fines ipsorum Territo=
=rii juxta solitum continerent,
utque pro expensis in necessitatis vi=
=sitatione, et expurgatione res=
=pective faciendis imponi posset
relata Talea ad formam Novarum
Constitutionum in §. Tenea tur quo=
=que Commissarius lib. 5. petierunt

dignari M. V. dispensare mu=
=tuas recipere eos posse libras sep=
=temmille sub Obligatione bono=
=rum utentium favore subvento=
=ris pro illarum restitutione, ac
interusuriorum solutione et ad hunc
effectum injungere Magnifico Patri
Conservatori, ut publico Edicto in
Locis opportunis promulgando eos=
=dem utentes cogeret ad solutio=
=nem eorum contingentis por=
=tionis memoratae Taleae, commina=
=to renitentibus praecepto exe=
=cutivo in forma Camerae, atque
in omnibus provideret prout
sibi convenire visum fuisset, pla=
=cuitque M. V. petitam non mo=
=do concedere dispensationem,
sed etiam correspondentes Regias
Ducales Litteras dare Amplissimo

Patri Marchioni Conservatori
Castillionaeo injungentes, ut publi=
=co Edicto in Locis opportunis pro=
=mulgando cogeret omnes, et quos=
=cumque utentes aquis dicti Flu=
=minis ad solutionem eorum con=
=tingentis portionis, ut in preci=
=bus, ita ut transmissa eis, seu eo=
=rum Fictabilibus, Massariis, Co=
=lonis, seu Pensionantibus moni=
=tione ex Ordine Commissarii ejus=
=dem Fluminis cum summa debi=
=ti unicuique eorum taxata per=
=solvenda, eaque solutione non fac=
=ta contra Contumaces valeret per
ipsum Commissarium concedi prae=
=ceptum executivum etiam ad for=
=mam Regiae Ducalis Camerae, illud=
=que exequi, aliaque omnia expe=
=diri, quique ad effectualem respec